



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

26. Cæcæ lumen restituit: sed dum soteria solvere negligit, tollit iterum,
deinde iterum reddit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

num, tumbæ manum adfectam imponit, & obdormit iterū. Hic porro somnus manifestò probavit, priorem nō vanum fuisse: nam manum sanam recepit, & ad omne genus domesticarū functionum robustā.

Sed, prò sancte Deus! quàm benedicè blandeque cælo adulantur homines, & verbis pollucibilibus multa ex multis promittunt, ut obtineant, quod desiderant impetrassere: at verò ubi in manu habent, quod quæsiuerunt, ibi eorum omnia

Caurusq̄, Notusq̄

Iactat odoratos vota per Armenios.

En tibi clara argumenta. *Catharina 26.*
Camerina totum mensem talpa fuerat, luminibus omnino capta. Oculos reddendi nullum medium aut remedium suppetere Medici pronuntiaverant. Ergo, ut rum fieri assuevit, ab humanis ad certiora auxilia itum est. Mater filiam S. NICOLAO commendat, & cereum donum offerre spondet. Accepit mox quod voluit: sed quod vovit, ne toto quidem anno dedit. Beneficium

*Cæca Iam
mina re-
stituit: sed
dum forte
ria solve-
re negli-
git, tollit
iterum,
deinde
iterum
reddidit.*

cium in aquâ scripserat. Moneri oportuit obliuioſam. Nox ergo iterum oculos filia obſidere, adeoque excitare matrem ad ſoteria exſolenda : quæ cum ad aram *Tolentis* obtulit, abſtulit quoque Sanctus, quas immiſerat, tenebras.

27. In eadem navi *Thomas de Braganano*, *Gentilis F.* navigavit. Is febris malignæ non bonas reliquias toto corpore diffuſas quatuor annos ſervare coactus, tam enormiter intumuerat, ut vento diſtentum non hominem, ſed utrem aut folletum diceres. Morbo vocabulum graecum *αἰσχροπνεύμων* Medici dare poterunt, ſed remedium ne quidem venaculum. Totum ergo quadriennium, ut dixi, ſic languit. Deſiſſens à Medicis, ad D. NICOLAVM ſe vertit, & ad tumulum ejus manibus vincitſis iter venerabundus inſtituit. Jam illic eſt, & vovet, ſi morbo liber exeat, redire eodem inter dies octo cum argenteo donariolo bonâ deinde fide noctem in ſacello pervigilat. Mane detumuiſſe ſuſcepit corpus omne videt, & eſſe ſe, quæ

Simile contigit alteri, cui venter intumuerat.